



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partitum Semitas seu partes, & Fasciculum
Myrrhæ

Caraffa, Vincenzo

Coloniae Agrippinae, 1660

Dubium 6. An Christus in horto sudaverit verum & proprium sanguinem
naturalem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

Dubium Sextum.

An Christus in horto sudauerit verum & proprium Sanguinem naturalem?

Respondeo affirmatiuè. Quia, vt probant Philosophi, naturale est sudare sanguinem, quando duæ concurrunt conditiones: prima, excessus tristitiæ: secunda, decessus humoris. Utraque conditio fuit in Christo: quia tristitia eius fuit valde vehemens, & propter tenuitatem corporis nulla sudoris aderat materia: igitur Sanguis, quem Christus sudauit fuit naturalis, & quantum ad quantitatem, & quantum ad modum; nam è potius corporis Christi, promanauit naturaliter, & sine miraculo.

Hic doctrinæ solum obstant, & aduersari videntur Evangelistæ dicentis: *Factus est sudor eius, sicut Sanguis* Marc. 22. ubi particula (*sicut*) significat similitudinem, non proprietatem: Respondeo primò, participium (*sicut*) cadere supra dictionem (*gutta*) non super dictionem (*sanguinis*). Non enim Sanguis Christi, corporis eius prodiens, tenuis erat & subtilis, sed crassus, & in carne Christi condensatus propter caliditatem. Quapropter guttæ, quam Græci vocant guttam sanguinis, assimilabatur; ac in crasso & naturali sanguis erat. Respondeo secundò, in communi sententia, dictionem (*sicut*) frequenter scriptura significare proprietatem, non similitudinem, veluti patet ex illo Ioaonis: *Vidimus gloriam eius, quam quasi ad est (verè) Unigeniti à Patre.*

Dubium Septimum.

Quomodo Angelus confortauit Christum in agonia positum.

Respondeo primò, quod ipsum confortauit, admirando virtutem, & considerando ipsius fortitudinem hinc aut similibus locis iuxta Epiphanium: *Tua est adoratio, Domine, S. Epiph. inum Hæres. 69.*